


E6-229
2







CONST: 02 Pat.




Mayes
P. J. May

5







A 3007

7


JOHANNIS STEUCCI
Leucopetræi
P. L.

EPIGRAMMATUM
CENTURIA
&
ELEGIARUM
DECURIA.

JENÆ
Typis Johannis VVeidneri,

Anno 1620.





*Magnifico, Amplissimo &
Consultissimo Viro*

Dn. PETRO THEODORICO
Jcto Celeberrimo, & p.t. in Illu-
stri Salanâ Rectori ac Professore pub-
lico, nec non Curiaë provincialis scabi-
natusque Assessori meriti-
tissimo, dignissi-
mo,

Domino, Promotori, ac Præce-
ptori suo ætatem honorando.

D*um Salana tuas audit Rectoris habenas,
Fers & Athenæi pondera durus Atlas:
Accipe, Musarum præsul, Nomicesq; sacerdos
Inclute, Museo sparsum epigramma sale.
Cuncta vices poscunt. arcum non semper Apollo
Tendit; & est, plectum quando movere jubet.
Ipse ego Gorgoneo sic sacram fonte Themistam
Proluo; Tu Leges, dat mihi Musa chelyn:
Ergo & nostra tuis aptes diludia curis,
Nosq; legas, quando munere functus eris.
Carmina de labro si non haurimus Equino,
Est quod bullatos dixeris esse logos.*

JOH. STEUCCIUS P. L.



EPIGRAMMATUM

JOHANNIS STEUCCI

Centuria.

I. Ad Lectorem.

Nostra legent pauci? satis est:
nam sunt quoque pauca.
Nullus? & hic satis est. nam quoque
nulla lego.

II. DE LIBRO SUO.

Cum liber hic posset magnus, ceu Bartho-
lus, esse,

Maluit in gyro se cohibere brevi.

Cumque nihil prorsus nisi curtum epigramma
teneret,

Materia metuit longior esse sua.

Bartholo in precio est loculosque exeret aere.

Quam satius nummis hic tribus optat emi?

Sin precium in precio est, & opus charum
quia carum;

Faxo brevi fiat maximus iste liber.

A 2

III. DE

III. DE MARULLO poëtâ.

A Jove principium; dicebas, docte
Marulle,

Cum celebraturus numina prisca feres.
At cum furtiva Jovis caneres in Agenore natâ,
Tunc merito poteras; A bove princi-
pium.

IV. PHILAUTIA PRONOMINUM
EGO, TU, ILLE.

Prepositivus Ego; Tu postpositivus, &
Ille.

Tu quandoq; tamen dignius, ut sit Ego.
Scilicet alternâ vice Tu bene fungitur, estq;
Hæc ignominia vox, & honoris item.
Nam si primus Ego postponar, Tuq; secundus
Adscendas, ex tu postmodò factus Ego;
Heu mihi! tu, quia factus Ego es, maâtaris
honore,

Ast ego Tu miserâ conditione fruor.
Ultimus Ille cluet; sed Tu superabit Egoq;
Si reliquis præstans ordine factus Ego est.

O με.

Ο μεταμόρφωσις, plenumq; Ego Tuque
periculi.

In sede Illius quàm magè tutus ego?

V. DE M. CASPARO BERTRAM
MO, Pastore Naumburg. cùm ex
gravissimo morbo conva-
luisset.

Dix simulatq; suis indixerat undique
terris

Ensifer in ternos jubila festa dies:

Mox ad seclâres accingebantur honores

Et Mysis, & populus, terra Doringa tuus.

Quivis festivum spe præcipiebat ovatum

Nec qui non Latio dira voveret erat,

Sola gravi jacuit Naumburgum squalida
luctu,

Cujus adhuc æger myst. i verendus erat.

Proh dolor! æger erat, per quem celebranda
fuisent

Jubila: numne putas jubila posse dari?

Jubila jam potiùs ne-jubila quisq; parabat.

Inq; habitu luctus pleraq; turba fuit:

A 3

Cum

Cum subito (quæ mira Dei!) Bertrame re-
vixi,

Primaq; seclâris concio sparsa tibi est:
Concio, qua Latia pulsavit mœnia Lerne,
Fulmen & Ausonij fregit in ora Jovis.
Vahique tunc & quanta (quod oscula sense-
rat olim)

Romanum doluit verbera sandalium!
Inunc, tu Babylon, Papa, tu Latiale bident al,
Et Luthrânorum júbila cassa refer.
Bertramus quoq; cõvaluit, quò fulmina mit-
Inq; tuum possent fortiùs ire caput. (ti,

VI. DE QUADAM SAGA.

Est anus, inferno vel formidanda bará-
thro,

Saga diu magicis usa magisteriis:
Hæc inhians ovis gallinâ matre creatis,
Obsipat assueto pharmaca mixta cibo;
Pharmaca, queis quecunq; semel gallina vo-
ratis

Ova decem pariat bis deciesq; decem.

Fortè

Fortē superveniēs canis hās dū devorat escas
 Atq; simul magicā pharmaca mixta manu:
 (Mira canam, sed vera) graves in ventre do-
 lores

Concipit, ac pręgnans ova trecenta parit,
 Hęc modò plumipedes pepererūt ova volucres:
 Sage quid possunt, nunc parit ova canis.

VII. DE RUSTICO QUODAM.

Rusticus audierat peregrinos affore Gal-
 los

Qui Gallos nullos duxerat esse viros.

Hic, dum iam patulo venientes quilibet ore

Suspicit, ac nudo stat venerans capite;

Protinꝰ exclamat; Ubi sūt, ubi (dicite) Gallos

Plebs ait; In celsis ecce vehuntur equis.

Hosne putē Gallos, hominis qui voce loqūtur?

At Gallos capos cur vocitamus? ait.

VIII. DE DIVITE QUODAM

AVARO.

Divus nescio quis, nec ab ipso nomine no-
 tus,

Hospitio quondam divitis usus erat.

Hic

Hic jam discedēs; Hodie quod cœperis hospes,
 Totam, ait, hanc lucem continuabis opus.
 Credidit hoc hospes, cistâq; repente reclusâ,
 Quæ malè congestas ima tenebat opes;
 Iste dies, dixit, meus est; secedite servi:
 Nil isto faciam, quam numerabo die.
 Sed prius ut minxit, ne sese urina moretur,
 (Vera loquor) totum minxerat ille diem.

IX. DE PHYLLIDE

Vis ut amen te, Phylli? velim, benè dum-
 modò possim.
 Quod mihi principiū, quis mihi finis erit?
 Ordinar à medio? medio tutissimus ibo.
 Sed tamen hæc cæca est, nec benè nota via.
 Basia captarem: sed in his quoq; parva volu-
 ptas:
 Nec sic invenio, lux mea, sat quod amem.
 Quid si syrma colam, quo terram argentea
 verris?
 At mihi si qua placet, vel sine veste placet.
 Ordinar à medio; certū est, mea Phylli: sed inde
 Si mihi principium, quis tibi finis erit?

X. AD

X. AD JULIAM.

Iulia, cardo crepat: quis erat, quem conscia
prodit

Janua? responde Julia: Nemo fuit.

Julia, de morsu livent labra: quis dedit ergo

Oscula? responde Julia: Nemo dedit.

Julia, fers uterum; nunc quod se prodidit
ipsum,

Dic age qui tulerit Julia: Nemo tulit.

Omnia Nemo tulit, solus dedit omnia Ne-
mo.

I, pete vel nummum, Julia: nemo dabit.

XI. DE CINNA & LUPO.

Cum sartum vestes jam vellet tradere
Cinna,

Venerat ad balbum, balbus & ipse, Lupum.

Queso mihi, dixit, ve-ve-vestes has resar-
sarcii.

Cui Lupus, ac balba voce, Fi-fiet, ait.

At Cinna, ignorans quod & hic balbutiat ipse,

Illicet hoc sannos & probra salsa putat.

A S

Mox q

Moxq; minace manu; Quid me, ve venesice,
ludis?

At Lupus inclamans; Vah! e egone? nego.
Immo tu ne equam, tu tu trisu furcifer, in-
quam,

Cinna ait; & pugno pulsat utroq; Lupum.

XII. IN BLATTASUM.

Semper hypermétrous facias eum, Blattase,
versus,

Quiq; simul claudunt, incipiuntq; simul;
Vix tibi commodius potuisses fingere nomen.

Conveniatq; tuis, quod melius numeris.

Quippe si in Hexametri finē cōiecerō Blattā,

Sus sit principium, Blattase, Pentametri.

Versus mirificos! duplicē qui reddere possunt,

Hexametro Blattam, pentametroq; suam.

His tamen omen inest. Arrodit blatta li-
bellos;

Tu quoq; Sus & tu, spurcus uterq; ferē est.

XIII. AUREUM SECULUM.

Ætas nunc demū redit aurea: quaq; puella

Prefert nunc auro nubere, rara viro.

AUTO

Auro venit amor; auro conducitur uxor;

Aurum quæ vix est sesquipedalis amat.

A puerâ quævis prætextam polluit auro

Virgineam: quævis munere capta cadit.

Si scorto est aurū, dabitur pro virgine nuptū.

Istud aperta diu, rursus opera facit.

Ad summâ; cuivis auri dat habentia noctem.

Qui caret, in nullo limine charus erit.

XIV. TUMULUS JOHANNIS.

POLROSII LL. STUB.

Hic jaceo properâ præreptus morte Jo-
hannes

Polrosius patriam vix Neopyrga fuit.

Ipse mibi genitor cognominis, acer in armis

Liligeri tenuit Gallica signa Jovis.

Ex quo me natum Kathariq; Harniside Go-
tha

Vidit, & hinc studiis Leucoris apta meis.

Vota Dica dederâ, sed quæ cum stamine rupit

Illa secatrix tertia Parca manu.

Meq; simul vix bis duo cum dieteride lustra

Feceram, ad Egranas sustulit Acidulas.

A 8

Hinc

*Hinc me coelestes excitum transfer in hortos,
Polrosiumq; poli fac, pie Christe, rosam.*

**XV. DE RASTRO, Cerevisiâ
Lipsiensi.**

Dum bibit insipidum, cultissima Lipsia
Rastrum,

Civibus ad rastros rem rediisse puto.

*Rastra parùm faciunt ad mollia rostra so-
phorum.*

*Rastra bibant potius, quos sua rastra
juvant.*

XVI. DE EODEM fusiùs.

Lipsia Misniacis urbs formosissima terris,
Ordine, symmetriâ, mœnibus, arce,
vix.

*Hanc o quam memorem, nisi forsitan omnia
dicam?*

Usq; adeò affectus possidet illa meos.

Hic residere novem decimo cū fratre sorores,

Hic credam Charides, hic habitare The-

min.

Certe

Certe non melius vel Pindi in culmine ster-
tam,

Nec magè Musæas det mihi Phocis aquas.
O lepidos mores, & quos in plebe notavi!
O veneres, animi dulcia monstra mei!
Et quisquam dubitet, quin omnibus omnia
præstes

Lipsia? tu genio vix superanda loci.
Tu locuples, felix, tu nullius indiga dicam,
Dummodò sit Zythus, quem bibis, iste tuus.
Hunc coqueres, quem Torga coquit; cui cede-
re posses?

Nunc da Torgæ aliquid, vel tua Rastra bibe.

XVII. In $\left\{ \begin{array}{l} \text{GRÆ} \\ \text{\&} \\ \text{MAR-} \end{array} \right\}$ CULUM.

G Reculus est spurcus, ceu Marculus: hinc
utriusq;

Nomen de culo nescio quid loquitur.

XVIII. IN EOSDEM.

E Cce vorare suo scit nomine culus urrūq;
Nomenclatorem lingat uterq; sum.

A 7

XIX In

XIX. IN ALCHEMISTAS.

Nimb das / Ich weiß nicht was:
 Thu es do / Ich weiß nicht wo:
 So wird es dann / Ich weiß nicht wann:
 Blase es drauß / biß nichts bleib im Hauß.

Latinè sic:

Quando cares, Chymicum conflatò
 protinus aurum.

Quæris, quomodo fit? sumito nescio quid;
 Hoc fac nescio quò; sic fiet nescio quando;
 Efflatum, donec restet in æde parùm.

XX. AD PONTICUM.

Cum tua missiculas epigrammata, pro-
 tinus addis,

Pontice; Naso opus est, si capere ista voles.
 Anne legã, fort assè rogas? nõ, Pontice, quare?
 Non habeo nasum qui capere ista potest.

XXI. AD CASPARUM

PAUPITIUM.

Sæpè ad me scribis missã Caspare, puellã:
 Quæso per hanc pueram tu mihi mitte
 librum.

Mitto

Mitto quidem librum; sed tu committe puel-
lam:

Experiar, puera hæc mater an esse queat.

XXII. IN FACIEM MAN-
DRAGORÆ.

Tu qui scire cupis, quora nunc audita sis
hora,

Mandragoræ vultus inspice, certus eris.

Hic naso in dentes tam longam projicit um-
bram,

Solarj facies possit ut esse vice.

Gnomonis instar habet nasus, dens ordine
tempus.

Digerit: hinc horas discere quisq; potes.

XXIII. IN NUPTIAS SECUNDAS
M. Casparis Bertrami cum Regi-
nâ Metznerianâ.

Qui lacer, & toto, propè dicam, corpore
mancus,

Nec nisi dimidium visus es ipse tui:

Quia

Quiq̄ adeò ipse tui, prope dicam, parte mar-
rità

Dirutus, ex Annæ funere funus eras:
Ille mihi tandem sociâ jam parte resartâ
Sûrgeris, immò novus penè resurgis homo.
Non secus ac veteres olim meditantur aristas
Facta per hibernum semina sicca solum.
Quippe tui Regina tori Metznerica virgo
Te, Bertrame, novis suscitât igniculus,
Verq̄, simul geniale, simul genitale reducit,
Annua post viduæ frigora dura domus.
Letor, & ex animo, quod possum, grator a-
morem,

Huncq̄ tibi proprium perpetuumq̄ pre-
cor.

Velle tuum consine tuæ sit, Sponse, maritæ,
Lisq̄ sit hac, utrius fortius urat amor.
Tuq̄, ô spōse recens qui nil nisi frigus habebas
Hactenus, & fermè semisepultus eras,
Fac videat Regina resurrexisse maritum
Ad Lune decimam lampada facta pa-
rens.

XXIV. 10

XXIV. IN POTORES.

Inter corporeas potoribus optima partes
Est gula: quippe bibunt hanc simul, hancq;
vomunt.

Proxima vesica est: peni dein addito ven-
trem;

Post ventri-culum, deniq; vētriculum.

XXV. AD AMICUM quendam.

Quae placuit multis, uxor tibi contigit
Anna,

Non malè nota viris, sed malè nota tibi.

Mirus amor tamen inter vos, cōcordia mira.

Sit precor ut mirè castus & ipse torus.

Ex te sponsa tibi pariat, tibi pareat uni.

Tu contra dominus totius esto domus.

Immodè esto & domine dominus, virq; ipse ma-
rite.

Nec tam dulce κέρειας det tibi grande
κέρειας.

XXVI. PU.

XXVI. PUELLA ad Cornelium,
cum ea Comœdia Altorfi Norico-
rum ageretur.

PARODIA EX CATULLO.

Quoi dono lepidum meum puellum
Adhuc à genitriculâ rubentem?
Corneli tibi: namq; tu solebas
Heu mecum nimis ac nimis licenter,
Jam tum, quum ausus es unus ambulonum
Me decerpere virginem tenellam,
Castam, Juppiter, antea & pudicam.
Quarè habe tibi, quiquid hoc puelli est,
Qualecumq;: quod, ô tener Cupido,
Plus uno vigeat virile lustro!

XXVII. HODOEPORICUM
meum.

Dum nuper quendam, fleētens de trami-
te recto,
Percontor; Quenam tuta frequensq; via?

Tusa

Tuta frequensq; via est, inquit, per nomen a-
mici

Fallere: nec verbum porrò, sed urget iter.
Ergò incertus adhuc, in summã, pessime, dixi,
Trita frequensq; licet sit via, perge crucem.

XXVIII. AD M. GEORGIUM
ZORNIUM J. U. C.

Quisquis straminei finxit commenta
Magistri,

Quàm vulpes hominis, quàm scelus ille
fuit?

Nequior at multò, multoq; scelestior iste,
Qui seu Doctorum nominis autor erat;
Voce tuã captus, Sophiæ quã fortè Magi-
stros

(Vah!) seu Doctores, docte Decane,
creas.

Ridiculum! quasi porcorum foret ille Profes-
sor,

Qui gerit hoc sophici sehemã magisterij.

Quid

Quid tamen hos dicam meritos, doctissime
Zorni,

Cui quoque nosse σοφῶν διαρεπετα datum
est?

Ille subalaris meruit cui pluma negetur,
Ut terat obversum stramen utrumque la-
tus:

Inter at iste sues excreto surfure dignus,
Et prægrunnu qui moreretur, erat.

XXIX. DE MARATHO.

Sorba dabat Marathus molles durantiā
ventres,

Cum Polle solito pronior alvus erat.

Hæc gravis ex Maratho jam ponet pondera
ventris:

Mirum, ni Polle nunc quoque sorba dabit.

XXX. ERASMUS

εραζαμμαλινοῦς

ERAS MUS

ERAM SUS

MERA SUS

SERA (a) MUS

Dicit

Dicit nescio quis, quod Erasmus reddat
ERAS MUS:

Ad tu dicit, ERAM SUS: ego, quod MERA(a)
SUS.

Ergo quid esse queas, vel sis, anagrammata
dicunt:

Aut pote mus, aut Sus dicitur, aut mera
Sus.

Et quid preterea? rumor te vespere sero
Sape cavum dominae dicit inire mea.

Quare etiam poteris merito MUS SERA
vocari.

Sed cave, captatum de quia catus adest.

(a) Ignosce lector en
percat Anagramma.

XXXI. IDEM

ερασμωγραφικὸς

Erasmus

Erasmus

Vidit, & hoc Anagramma meum deri-
sit Erasmus,

Et quasi non caperet, pange Tudesca, re-
fert.

Esco

Ecce Tudesca dabo: sed sic prodibit Er-as-mus/
 Adde, precor, pūctū: mox eris Er(a)sinus
 (a Er pro Herr.)

XXXII. Ad Commensales.

O Econonum nostrum quis adhuc neget
 esse poetam?

Quæ sit us pransum quid daret? ipse refert:
 Nampanien/ Mansfeld/ Kalbaunen/ Flecke/
 Schwanzen/
 Kröß/ Krauß/ Böpffig/ Gurgel/ Lunk/
 Leber/ Hertz/ Pipe/ Sack.

XXXIII. AD MISOPONUM.

Ingenium haut vomica est, quam tu pres-
 sare timeres,

Illud cur ergò tam reverenter habes?
 Vix canis è Nilo captat metuentius undam,
 Quàm tu Musæas Bellerophontis aquas,
 Quid, quod dediscis subito, quæ vix bene dis-
 cis?

Forspotes ipsius dememinisse tui,

Ramis.

Ranū es similis, quæ mox, simul viscere cœ-
ptant

Τὸ βρεκκῆξ, ipsum dedidicere κὸδ'ξ.

XXXIV. AD M. JOHANNEM
EGENOLPHUM.

Cūm Salaida vix ad Hippocrenen
Venissem modò, pergeremq; Musas
Invisum, comitante & hoc & illo;
Obvius mihi factus Egenolphus.
Et, salve, inquit, nec recens honorum
Nomen (in scius) addidi Magistri.
Aurem nescio quis mihi prebendit;
Quia Magister hic est, hic est Magister,
O iulundus, & ò beatus error!
Dij faxint, mihi rursus iste talis
Erretur vel in oppido hoc vel illo:
Ut cūm de quoq; nuncupem Magistrum,
Pervellat memorem mihi quis aurem;
Immò Pastor hic est, hic immò Pastor.

XXXV. AD

XXXV. AD Reverendum & Nobil.
Virum Joan Fridericum à
Burckersrodā, Eccl. Cathedr.
Naumb. Præposi-
tum.

Tu quod nobilium flos atq; medulla virorum es,

Et penè innumeris clarus imaginibus:

Hæc tua laus magna est, sed non tua propria;
namq;

Huius quidquid habes, omnè parètis habes.

At pius atq; probus quòd es; hæc tua propria
laus est.

Mas & virgo placet quod tibi Pallas; &
hæc. (est.

Te quivis nūc laudat; & hæc tua propria laus

Exterus est populus quod tibi visus; & hæc.

Quod Musas Colis; hæc tua vel propriissima
laus est.

PRÆPOSITUM virtus te tua fecit; & hæc.

Ulteriùs possem. toties sed dicere vestrum,

Hoc esset toties non meminisse meum.

XXXVI. DE

XXXVI. DE EODEM.

Dum reperire parem Virtus industria
sodat,

Qui subeat munus, clare Lösere, tuum:

Pallada mox aggressa; Veni, tentabimus, in-
quit,

Si quis in urbe huic par, si quis in orbe foret.

Nec mora, Naumburgam tendunt ubicunq;
per urbem:

Sed poterāt nullum tunc reperire parem.

Quid facerent? peregrè nunc hęc, nunc cur-
ritur illęc,

Perq; fori cathedras undiq; perq; domos.

Et jam quęsierant ultrò citroq; per orbem:

Verùm par toto nullus in orbe fuit.

Quid facerent? subito relegūt vestigia passu,

Naumburgum rursus deveniuntq; larem.

Hic dum susceptos iterant quærēdo labores,

BURCKERSRODIADES tūcibi fortè fuit.

Hoc viso, Virtus gaudens ad Pallada, Siste,

Siste parem, dixit, quærere; nam reperi.

B

PRO-

XXXVII. PROTEUS

AULIGUS.

Si tibi cū Satrapā res est auleq; ministro
Commendata tibi sit Satanæa fides.
Ac veluti Satanas credit, sed ut usq; tremi-
scat,

Sic Satrapæ verbis crede, sed usq; treme.
Disimula, simula, si qua expiscabitur ex te
Et quasi cū Satanā res age cum Satrapā.

XXXVIII. TUMULUS UR-

SULÆ & Gertrudis, uxorum

M. Martini Obliken Rei-

pub. Naumb. Came-

rarij.

Hacce duæ tumulantur humo: lapis
iste duarum est.

Utraq; si nescis, Oblikiana fuit.

Ursula prima quidem; Gertrudis at altera:
primæ

Polrosis; huic verò Petzschia nomē erat.

Illā decem lustris octonos addidit annos,

Inq; toro ternæ clausit olympiadas.

Sed

*Sed Gertrudis agēs vix bina decēnia, nōdum
Vicenā in thalamo viderat hebdomadem.*

Cetera cōcordes fueramus in omnibus amba.

Castus utriq; torus, sed sine prole, fuit.

Heu! quae Martino modò gaudia mille marito,

Nunc desiderium nil nisi triste damus.

XXXIX. IN ALBUM

M. JOH. BAIERI.

EN liber hic Album est, & non nisi postu-
lat albos.

Steucci, tu niger hinc excutiere foràs.

*Non ita. Namq; niver: ceu nescio quis vocat
atram,*

Candidius norat quā tamen esse nihil:

Sic ego de facie quantumvis judicer ater,

At sum Bajero non minùs albus homo.

XL. IN NATALEM AMPLISSI-

mi Viri Johannis Heinicken Quæ-

storis Burgelensis.

SAlve die dies, toto dulcissimus anno,

*Nomina qui sancti sancta Johannis
habes.*

B z

Sal-

Salve natalis: sed & o mibi salveat absens,
Cujus ego nunc sum pars quot acunq; do-
mus.

Heinikium dico, cui per septennia septem
Undequinquagies jam nitet iste dies.
Salveat, annorum nec climactera pavefcet,
Attribuunt medicæ cui sua fata notæ.
Vah! quasi firma foret numerorum effectio
per se,

Tantæve septeni mystica religio:
Quàm satiùs, fuisse preces, pia vota dedisse,
Irrita quæ nunquã, si modò justæ, cadunt.
Nempe Deus crisimosq; dies, numerosq; die-
rum

Digerit, & critices elevat ipse fidem.
Quarè, quod possum, Vir ô optime, numen
adoro,

Candidus ut verè transeat iste dies:
Transeat & redeat, septenniaq; altera tanta
Incolumi pergant ire redire tibi.
Hoc ego nūc absens tibi cum cognomine nato
Comprecor: ô superent evaleantq; preces!

AD

XLI. AD PUERUM JESUM.

Dum tu nostra salus terrenis ederis oris,
O matrine puer, Christe, patrine
DEUS:

Hic ego fabricitans firmam suspiro salutem,
Quæ tribui, solo te nisi dante, nequit.

Eccene in totâ sedes tibi commoda Bethle
est.

Mecum habitas; domus est parva, parata
tamen.

Pando fibras, animum, cor, & ipsum denique
memer.

Ipsius hospitio jungere quaeso mei.

Sin præsepe placet, tua sim præsepia Jesu.

Et per te tua præsepia febre lever.

XLII. ANAGRAMMA.

M. Thomas Enderlinus J. U. C.

Themidos nunc mel audis.

Cernis apes avidos veris florentis edones
Gnaviter alveolos effabricare suos?
B 3 Segnius

Segnius bant sinxisse tui quoq₃ plasma cere-
bri

Crediderim ter tres ex Helicone Deas:
Plasma, suis in quo possent operarier orsis,
Ac velut in fabricâ versificare suâ.
Et miramur adhuc, obstetricante Minervâ
Celestes pariat quod tua lingua favos?
Quin adeò dicæ THEMIDOS NUNC dulce
MEL AUDIS,
Dulce mel ipsa tuo lingit ab ore Themis.

XLIII. ἔτυμον Jonæ Prophetæ.

U^Nde, rogas, dictus Jonas? eiectus in un-
das

Cum fuerat Jonas, tunc fuit ille jo nas.

XLIV. IN AULUM.

E^Rror inest voci, quando assuefactus ad
haustus

Aule, à vinoso diceris esse patre,
Tu non assuefactus enim, sed es à sue-fa-
ctus,

Qui te cum madido proluis usq₃ patre.

XLV. ἔτυ-

XLV. ἔτυμον.

Lucas de Pennâ num sic Pennalis habendus,

Nescio: quod nomen fluxerit inde, scio.

XLVI. AD JACOBUM MONACHUM
CONSALANEUM SUAVISSIMUM.

Donec agis caelebs, & vis meus esse sodalis,
Hoc votum nobis, ô Jacobe, vove:

Conducaturum cum nullâ corpus amicâ,

Sive ea sit fame provida, sive minor.

Si pura & simplex; injurius esse puellæ

Noli: sin meretrix audiat; ipse tibi.

XLVII. AD T. E.

Nec matrem novit Themis alma patremve,
nec ullum

Respicit; ipsius æmula quippe Dei.

Diva Themis solo contenta est simplice vero.

Hoc cole, sic Themidis mater erisq; pater.

A 4

AD

XLVIII. AD QUENDAM.

Atte vis veniam meridiatum
 In illud, quod habere te asseveras,
 Tabernaculum amœnũ & haut remotum.
 Quam jocos vereor tuos ineptos!
 Ne fortasse notet taberna culum.

XLIX. DE LEONARTI ARETINI
 historiis, operâ Sixti Brunonis piè
 defuncti ab interitu vin-
 dicatis.

Corpore cùm Bruno jam liber, & æthere
 cassus,
 Vellet ad Elysium velificare nemus:
 Obviat ulvose Leonartus in aggere ripæ,
 Quē sic abnuerat trās Stygia ferre Charon.
 Obviat à blattis, ut erat, tineisq; peresus
 Sedit & immundo multus in ore situs.
 Non tulit hanc speciem Bruno, tergensq; litu-
 ras,
 Fecerat in facie quas cariosa dies;
 Sis animo, ô Aretine, bono, nec frāgere, dixit;
 Hæc macula è libris est quoq; tersa tuis.

Et

Et tua jam totum vulgantur scripta per orbem

Denuo, vindicijs, scilicet usa meis.

Hæc ait, accepitq; manu, nauoq; soluto

Mox campos secum duxit in Elysios.

L. AD PETRUM, CORNUTUM.

Ense duos stricto scis me, Petre, nuper ad-
ortos,

Quorum hic lurco bibax, alter adulter erat.

Hæc ego devici: sed tu, quæ stabat adulter,

Petre, mee cornu grande salutis eras.

L I. Comparatio amoris cum
Crocodilo.

Est tibi, si quidquam, similis, Crocodile,
Cupido:

Moribus heu nimium convenit ille tuis!

Tu ferus es ferusq;: ferus ferusq; Cupido est.

Tu feritate tuâ perdis, & ille suâ.

Tu potes in pelago, potes in tellure vagari:

Hic quoq; crudelem ponit utring; pedem.

A S

Tu

Tu lamentanti preda ris quaeq; palato;
Semper ab insidiis hic quoq; flere solet.
Est tibi visus hebes sub aquis, acerrimus ex-
tra:

Novit item faciem, cordaq; nescit Amor.
Ac velut è parvo primùm produceris ovo,
Crescendi finis nec tamen ulla datur:
Heu mihi! tantillus puer & salaputius olim
Quātus in hoc itidem pectore crevit Amor:
Crescit adhuc crudelius, & augmina sumit
ab ovo.

Sumit ad irriguas qualiter alnus aquas.
Omnia convenient, si non varietis in isto,
Tu quod ab Ichneutâ semper, ut hoste, ti-
mes,

At nullos hostes Amor aut Ichneumona no-
vit.

Hostis & Ichneumon est amor ipse mihi.

LII. AD PUELLAM.

Prodigere ab tate nolis nutrimina flam-
ma:

Ab oculis in me, lux mea, parce tuis.

Hic sine vel quantâ miser, ab miser, ustulor
Æthnâ:

Quam, quasi semicremo, palpito, torre cinis!
Sufficiat semel uranimas hausisse favillas,
Et semel exustum semper habere jecur.
Si per Lethæas vel sic vehar umbra paludes,
Accensam referet portitor inde ratem.
Seu vapidam superas animam exsuda vero in
auras,

Scandet solares fax duplicata rotas:
Subq; polo summâ, Phaëton velut alter, in æs
thrâ

Torrebo gemine regna corusca plage:
Quaq; vadis vitrei dant humida jura Quiri-
tes,

Nil nisi (si qua fides) ignis & æstus erit.
Parcius ergo: ab quid? ne parcius utere ocel-
lis,

Et me temporius deliquisse velis.

A 6

ERO-

LIII. EROTOPÆGNIUM.

Hoc demum placidas, hoc est ardere pu-
ellas.

Ecce mihi labra sunt quattuor, ora duo.
Ora duo, labra quattuor: hinc dum basia
jungit

Lux mea, quæ fuerat singula, multa facit.
Et jam basiolis tam consociavimus ora,
Ut sua, jam neuter noverit, utra vocet.
O si perpetuum sic os coalesceret ore,
Atq; ego ab illius viverem, & illa meo!
Viverem id semper, nunquam moriturus: &
olim

Sic morerer; cuperem, jugiter ut morerer.
At tu, si quis amas, si cuius anhela subindè
Lingua puellari semper in ore natat:
Sic tibi sic mecum totidem contingat habere
Cum totidem-geminis ora gerenda labris:
Usq; vove, iunctis vivamus ubiq; labellis,
Condamur iunctis donec uterq; labris.
Condamur, labijs nec divellamur ab istis,
Unaq; nos unos sentiat urna duos.

AMOR

LIV. AMOR, MUNDUS.

Sit velut orbis amor: cœpit, non desinet or-
bis. (a)

Cæperit, et nunquam desinat ullus amor.

(a) Statius Thebaid. lib. 8. Lips.
cent. 4. Miscell. epistol. 96.

LV. DE PUELLA quasi meâ.

Lux mea, pubentes mecum diffusa per
herbas,

*Junge latus lateri, cum pede junge pedem.
Sic ego: sed tam non tractabilis adstitit illa,
Quam quæ Mygdoniâ Tantalus extat hu-
mo.*

Jussa mihi toties, juxta nisi sederis, inquam.

Basilis culpam non nisi mille lues.

Marmora si possunt, poterat tunc illa moveri.

Visa mihi subito facta fuisse lapis.

*Jamq; animum accensum caperatâ fronte
fatebar.*

Illâ sed arridens; sic stomacharus? ait.

B 7

Basio

Basiolumq², dedit totas effusa per ulnas,
 Quale dedit Phrygio vix Helena ipsa duci.
 Non igitur prorsus mea lux est rustica, non
 est.

Ut sibi demereat basia, se simulat.

LVI. AD CORDULAM.

Non quod Erythreis radiat tua dextra
 lapillis,

Quodq², tua ex auro vermiculata toga est:
 Non ideo mihi, Vita, places; nec tegmina cu-
 ro,

Sed quod habes fartū tegminis, illud amo.

LVII. AD EANDEM.

Plurima verba facis, paucissima basia
 jungis;

~~Cōtra naturam, Cordula, utrumq², tuam.~~
 Scilicet os unū dedit hæc ut pauca loquaris;
 Multa sed ut sumas oscula, labra duo.

LVIII. NIMIA SUBTILITAS

RIDICULA.

Mater parca tribus mēsas instruxerat ovis,
Cū natus peregrē sortē reversus erat.

Qua non suffectura videns natoq; sibiq;

Cepit eam dictis increpitare pater.

At, Quid (natus ait) trias hæc, pater, exci-
tat iram?

Quæ tria sunt, sex sunt, si modò ritè putes.

Quippe unum atq; duo, tria sunt; tria iungi-
to, sex sunt.

Annuat, & Rectè tu, pater inquit, ais.

Quarè vescar ego tribus hisce prioribus ovis?

Tu tria, quæ restant reliqua, sume tibi.

LIX. AD PETRUM, Cornutum.

Quid timet Azo, tuam quoties mæchis-
sat Alanam?

An scœnum in cornu tu quoq;, Petre, geris?

XL. AD PUELLAM.

Missané sidereo dicam tua lumina mū-
do?

Luminibusné merum sidus inesse tuis?

Nam

Nam quoties blandos ad me fers luminis orbes,
 bes,

Stat mea Pötigenam frös imitata Deam.
 Tūc & Apollo subit facilis, subeūtq; Camenae;
 Tunc mea Cecropio labra liquore fluunt.

At quoties blandos à me fers luminis orbes,
 Stat mea Cyniphium frös imitata caprū.
 Tunc nec Apollo subit facilis, nec, ut antè, Ca-
 menae;

Tunc mea tristifico labra fluore madent.
 Mi tua cur ergò, mea gaudia, lumina demis?
 Ab tua luminibus lumina redde meis.
 Delicias mihi redde meas, mihi redde Came-
 nas,

Luminibus raptas, pulcra puella, tuis.

LXI. DE VOSSA puellâ for-
 mosissimâ.

Quod Vossam tantum pluraliter allo-
 quor, hoc est:

Plurali dici nomine sola meret.

LXIIAD

LXII. AD EANDEM.

Nunc voco te Vossam: tecum si quando
 tuatum
 Potabo, fies inde Tuissa mihi.

LXIII. AD JACOBUM FET-
 ZERUM NORIBERG. J. U. D.

Cur ita proscindis surgentem, Norice,
 barbam,
 Quod nec löga satis, nec satis hirta venit?
 Laudibus eveherem summi tua levia labra,
 Ni talis turpes sit quoq; rana nates.

LXIV. AD JOH. HIERONY-
 MUM Hoff/Patricium No-
 ribergensem.

Poscis me numeros Imhovi; numeros &
 habeto: sed ecquid
 Tibi profuturos, aut futuros usui?
 Dilaudemné tuum studium, diaq; Themistos
 amorem?
 Quasi verè non iam singulis notum foret,
 ut

Ut studium hos intētē habeas. Quia se clarā
ergō propagem

Dicam? sed isthanc assequi vetor metris.

Non etenim tam stemma amplum tam cur-
tis versibus aequem,

Licēt Heptamētros pro Hexamētris scri-
pserim,

Addiderimq; pedem metro: quin metiar usq;
licebit

Et usq; non emetiar certò tamen.

Ergò velut pictor parvā catūs effigiare tabel-
lā

Polyphemon olim, pumilum iuxta simul
Appinxit salaputiolum spithamis Cyclopa
pusillis

A vastitate metientem pollicū:

Sic ego, pro cunctis proavorum abavis, Abori-
ginem utrumq; (gero;

Pirckamerum & Baumgartnerum tibi in-

In quorum dum jam forti vestigia niteris
ausu,

Metire te ipse, qualis & quantus fies.

ANA.

LXV. ANAGRAMMA

Erasmus Ungepaurius J. U. D. &
Antecessor.

En jus reparamus: Dice surget:
vanus esto.

UT cū sol oritur, Venerisq; sacratioꝝ ignis
Lucifer Eoꝝ pravius exit equo,
Diffugiunt nebule passim, & sublustribus
umbris

Densior ipsa nothā Cynthia luce perit:
Sic quoq; Romulei suggesto lumine juris,
Ilicet improbitas cogitur ire foras;
Et, ceu lucisugus bubo, sugit ansve diei
Nyctēris, obscuro querit ubiq; tegi.
Sed quotus in medio jam nunc tam strenuus
orbe

Sustinet injusto jura polire situ?
Cuncta ferē cariosa dies & adulterat atas
Hactenus, & medicā destituuntur ope,
Pauci legales verē moderantur habenas,
Post habitūq; Themis juribus ipsa jacet.

At

At melior jam surge dies, & cultius ævum:
 Nil mihi nunc tecum nox nigra, surge dies.
 Nos en jus reparamus: jò nunc denuò sur-
 get.

Alma Dice: vanus quilibet esto dolus.
 Vosq; strophæ crepera, vix & sociabile legum
 Dissidium, fugite hinc: omnia plana da-
 mus.

LXVI. IN PHYLLIDA.

Phyllida non nimium juvenem cum forte
 regerem,

Cur sese nulli jungeret illa viro;
 Nolo virum, dixit: repuli ter quinq; ma-
 gistros,

Præter bisdenos, ulteriusq; Pices.

LXVII. AD PUELLAM, cum
 seni decrepito nuberet.

In senis effæti mavis dormire cubili,
 Basia cum satiùs carpere nostra foret.
 Nescis decrepita sint frigora quæta senectæ,
 Quamq; haut ad stomachum sit cibus iste
 tuum.

Multi-

Multivela es, mea lux, ut scis, & scire fateris:

Vixq̄, satis juvenum sedula turba facit.

Jā quid onus capulare tori, bustiq̄, cadaver?

Quid faciet, sibi qui vix satis ipse facit?

Crede mihi, toties Venetis dū gaudia captas,

Stertet in exsomes hic tibi nocte sinus.

Tu tamen ulterius ne tantūm basia noris,

Nuptavē te lateant quæ meliora putas:

Coniugium lasciva peris, tedasq̄, seniles.

I, cape: sed poteras latior esse mea.

LXVIII. ADEANDEM, jam
jam seni nupturam.

ET tamen approperas? nec te mea verba
morantur?

Ut lubet. i fausto, quod vocat ille, pede.

Vel nunc i: neq̄, te teneo. Nil dulcius, inquis,

Quam cum dimidiā parte cubare sui.

Credo ego, si parili. sed quis mihi dixerit unq̄
quam?

Cum tam decrepito dulce cubare sene.

LXIX. AD

LXIX. AD GRÆCULUM.

Lux mea; Tu sol es: ego; Tu mea Cyn-
thia, dixi.

(Hæc à me flammâ sumserat antè suam.)

Gracule risisti, cur? hæc quia pulcrius, inquis,
Præter naturam Cynthia sole nitet.

Vah! te versutum! quasi nunquam lumina
solis

Adversans Lunæ lux hebetare queat!

Quod si aded terris avertere lumina fratris,
Quominus hæc possint fulgere, Luna po-
test:

Quid mirum, si fortè tuum media inter ocel-
lum

Meq; quasi Eclipsin lux facit ista mei?

LXX. ANAGRAMMA.

Georgius Zornius Celerodensis.

Jus urge Zelo Dices: non sis gerro.

Rectè equidem: sic nempè volunt tua fa-
ta, Georgi.

Ut penes astripetam sit tua fama Dicen.

Cumq;

Cumq; sacer coelex alijs, aut quinq; magistris

Coi sensa placent, instimulante Deo:

Tu jus fasq; sapiis, sanctaq; Themisti litatum

Pergis; & eventus res erit ista boni.

Tu modò (sic nostrae mihi primus habebere

Dive:)

Jus urge zelo candidiore Dices.

Zelo, dico, Dices: & non sis gerro, nec hili

Feceris ampullas aucupiumq; fori.

Auro inhiant rabulae, quæis bulga famelica

nummi:

Quod Themis alma tibi conferet, esto satis.

LXXI. IN CARMINA CL.V.

DOMINICI BAUDI.

Salvete ô lepidi cultissima Carmina Baudi,

In quibus alma Venus lavit & Hora

manus;

Hora Venusq; manus, faciem Charis, ora Ju-

tas,

Ipsaq; nudatos Musa novena pedes.

Undè tamen vobis tot suspicer esse lepores?

Undè tot Aonidum scitæ tot undè sales?

Quid;

Quidquid id est; Deus est; nec enim sunt talia
Belgæ

Verba, nec humanus extudit ista labor.
Cœciliolas olim credo sic esse locutos,
Agrestes hominum cum subiere casas.
Hinc vel adhuc lingua conclusum gestat
Amorem

Baudius, aut certè congeminavit Amor,
Tertia nec res est. Paphios agnosco lepores.
Inde tot Aonidum scita, tot inde sales.
Hæ salvete meo vos ò api astra palato,
Vos thymæ, vos thymbræ germina, vosq; ro-
se.

Nunc ego dum medio florum sic sistor Hy-
metto,

Sedula ver totum quàm populabor apis!

LXXII. DE STASIPPA.

AD nostram quoties tendit Stasippa fe-
nestram,

Cōstat, & hic abitus immemor usq; manet.
Sæpe ego, si pudor est, abeas hinc deniq; dixi,
Sed monitis egre paruit illa meis.

Dum

*Dum loquor, ecce iterum Stasippa stat ante
fenestram,*

Ab quid vis, me a tu? cras, mea bella, redi.

Quāvis & redeas iubeo, quæ certa redire es?

Non redeas, dixi nuper; & ecce redis.

LXXIII. DE POSTHUMO.

EXspatiabantur faciles in prata puella.
Quis cum jam voluit Posthumus ire
comes

*Dixit, Ego coëo. cum quâ (rogat una)
coibis?*

Immò vobiscum, dixit, ego coëo.

LXXIII. AD CHRISTO- PHORUM Talitium de nu- ptiis disputantem.

Cur de materiâ, Taliti, differis istâ?

*Num fortassè domi, quæ tibi nubat,
habet?*

Suspikor; & certò perhiberis amare puellam.

Nec mihi de nihilo palpebra dextra salit.

Quid-

Quidquid id est, tibi grator honorem, grator
amorem,

Si quis cedit honos hinc tibi, si quis amor.
Verum si quis amor; queso ne differ in horas,

Præq; Tuâ tanti sit tibi nulla Themis.
Quin cessa in studijs vigilatas cōdere Lunas:
Quod restat noctis, participato viram;
Nempe viram, thalamo qua cum te surgere
cernat,

Ab mi vir, dicat, quo properanter abis?
Quin remanes? quin si studiorum tanta cupi-
do est,

In prompto potius differis, ecce, toro?
Quin mox opponis? quin argumenta puta-
mus?

Respondenti; ego quippe subibo vices.
Talia tunc & plura tibi tuâ nupta, quod ho-
ra (cis?)

Cum dabit, hæc quantis commemorabo jo-
Tu tamē appropera, dudumq; anna atq; per-
anna:

Sic se pulchra brevi copulet Anna tibi.

TU.

LXXIV. TUMULUS KATHA-
RINÆ POLROSIÆ.

ANAGRAMMA

Polrosia

Poli rosa.

Surculus hisce sui Katharinæ Polrosia ter-
ris:

Nunc per fata, poli sum quoque facta ro-
sa.

LXXV. ANAGRAMMA.

Purpureus

Purus puer.

Utere flore puer, nec jugem rere juven-
tam,

Nec fieri possis quin aliquando senex.

Purpureus, purus puer es: ne crede colori.

Purpura malarum, res uti fluxa, perit.

C 2

ANA-

LXXVI. ANAGRAMMA

Martialis

Maritalis.

Cur Martialis verba nupta sic scripsit?
Fors Martialis scripsit hac maritalis.

LXXVII. IN OBITUM SIXTI

Brunonis, Consulis Naumburg.

Abite quidquid est Camanarum domi,
Abite Musæ: vester (ô dolor, dolor!)
Abivit heros, lucidum juris iubar,
Honos Themistos, aureum Consilii decus
Bruno, ille Bruno abivit, ô dolor, dolor!
Abivit illuc, undè posse quempiam
Negant redire, cum semel portorium
Charon recepit. Hen! quid aut constans fides,
Quid aut honos & consularis dignitas,
Aut quid Aretini profuit præstans opus
Injurioso rursus erutum situ?
Quid rara virtus? num minùs plenâ colo
Stetere Parcæ? numquid iccirco virum
Favistis hili, ô Hippocrenidum Cohors

ATA-

Araneorum inanijs inanior?

Et deinde quisquam vos inanes expetat?

Abite Musæ.

Dixeram atq; abiverant.

LXXVIII. INOBITUM GAL-
li Gallinacei.

E Tramen occubui, quamvis gravissimus
inter

Cristatas lucis mane citator aves.

Heu nec me cristævé minas juvisse, domivé

Mi gestum soli fortiter imperium:

Scilicet à nostro vetui quoscumq; finireo.

Inq; gracillantum corte supremus eram.

Unde & victor ovās ego primus mane citavi

Solis strigantes advenientis equos.

*Si qua fides Turcis, ingēs stat in æthere Gal-
lus,*

Fauceq; congenere suscitatur acer aves.

Hic simul è fusco jam cucuricuriit axe.

Protinus in terris cucuricuriieram.

LXXIX. AD C. P.

Dic age, qui studij melioris amystide pe-
ctus

Proluis, ô Claria clare sititor aque:

Cur tua trāsverso toties Epigrammata signo
Collinis, & nōdum ceu placitura probas?

Ohe iam satis est obeli, rigidaq; litura.

Nunc hominum veniat mollis in ora liber.

Exposuit Cyprias vel Apelles ipse tabellas:

Et tua stet vulgo conspicienda Venus.

Crede mihi, nullos temerè feret ista cavillos:

Te meminit crepidæ sutor Apelle sue.

LXXX. AD WESTPHALUM
quendam.

Mirabor modò, quòd tui Phaleuci,
Disparesq; modi simul paresq;
Singuliq; pedes & universi,

Verba singula, & universa verba,

Quot quot, Westphale, metricè ligaras;

Non ullam Venerem Cupidinemq;

Nec Musas canerent Apollinemq;

Puellamvè tuam, tuosvè amores,

Et quæ præterea solent Poëtæ:
 Sed quidquid foret, hoc meras Minervas,
 Minervas faciles & eruditâs,
 Minervas graciles & expolitas
 Minervas agiles & expeditas,
 Minervas resonaret, & Minervas.
 Hoc mirabar, & indies stupebam:
 Nec parem reperire posse rebar,
 Qui tot & toties crepet Minervas.
 At jam nunc scio, quid velint Minervæ,
 Unde tot veniant tibi Minervæ.
 Nam tu Westphalus es, quod haut negabis,
 Caseo quoque vesceris frequenter:
 Et vos Lipsius (a) hunc habere dicit
 Ut Minervigenum Jovis cerebrum.
 Jam si vera fides, & est reapse
 Vobis caseus ut Jovis cerebrum;
 Nata autem è cerebro Jovis Minerva est;
 Si voras quoque caseos frequenter:
 Nil mirum generare te Minervas.

((a) Centur. 2. Epist. 13.
 veteris editionis.)

A 7

PLÉ.

LXXI. PLERIQUE CUM

Demosthene ἀγυεῖ γχν

patimur.

Philosophos bene nummatam contemne-
re bulgam,

Jurisconsultus Papinianus (a) ait.

Credo equidem, & verum est: sed & hoc, quod

Philosophantes

Perraros alius Jureperitus (b) ait.

(a) l. 8. §. 4. ff. de vacat. & excus. muner.

(b) Modestinus in l. 6. §. 7. de excusat.

LXXXII. AD GEORGIUM HIM-

MELIUM J. U. C. die natali.

EN hodie nato tibi vincula mitto, Geor-
gi,

Mos prout à priscū traditus extat avū.

Vincula, tā stricto stringētia carmina versu,

Ut noster quoq; vix arctiūs arctet amor.

Conquereris de me, solviq; ligamine poscu?

Parce queri: solvam, si mihi cœna datur.

Pone aprū, leporē, peregrinas pone volucres,

Et, quod equus vatū dicitur, adde merum.

Amo

Annuis ad potum, sed raraq; caraq; clamas
Fercula, nec privis inveniendâ focus.

Ergò aliud. pisces, sumen, bellaria, dentur,
Et caro de tremulo quæ venit assa veru.

Hoc quoq; si nimium est, vel brassica cum pe-
rasone

Sufficit, immò bonus caseus, immo nihil.

LXXXIII. AD JACOBUM

MONACHUM.

Tu, quem delictum suum sodales,

Tu, quem delictum vocant puellæ:

Sic tui faveant tibi sodales,

Sic tuæ faveant tibi puellæ;

Sodales nivei, leves puellæ:

Huc ad nos venias citò precamur,

In hortos riguos deambulatum.

Non hæc Africus, impotensvé Caurus

Plagellat loca: non Jovis tonitrus

Olympum rapido quatit fragore:

Non hic Cimmericâ recincta nube

Offundit nebulam proterva Juno.

Pastus ambrosiâ leviq; lymphâ.

C. S.

Totus

Totus ridet ager: nitore florum
 Tota vernat humus, marisq; rore.
 His paulum spatiumur viretis,
 Et mox sub patula canemus umbrã
 Hausmanniq; modos meiq; fratris,
 Modos dulciculos, modos suaves;
 Donec hora venit crepusculascans.
 Non deerunt quoq; simplices puella,
 Nec fides, citharãq; barbitusq;
 Nec trinae Charites Lubentiaq;
 Nec cum matre puer Deus Dione.
 Et quis difficilis sit huc venire?
 Quis neget, nisi qui negat Camenas?
 Quis neget, nisi quem negant Camenae?
 Sed veni citò, nec diu morare,
 Si cura tibi sunt tui sodales.
 Si chara sunt adhuc puella.

LXXXIV. IN GRÆCULUM.

GRæculus est nequam: pugnavi, ne-
 mo negavit.

Gracule, quid tecum pugno? nec ipse negas.
 Sed

Sed tu nequiquam nequicquam es, Græcule,
nequam, (cem.

Est quod sis meritus, Græcule: nempe cru-
Atq; hoc, quæ calles, Græca ipsa elementa fa-
tentur,

Singula quæ titulos & tua facta notant,
Primum Alpha est numero, fatui sed Beta
saporis:

Hinc es stultorū primus, & Alpha mega.
Kappa (a) diu frōci, blatero, quæ sivit inuri.
Vt te furciferum fecit & esse docet.

(a) apud Romanos jis, qui in ju-
dicio & publicâ accusatione ca-
lumniabantur, frōs inurebatur
K literæ notâ. (plex,

Quadruplicem meruisse crucē bis litera duo
Ut putā Xi, Pi, Tau, Gamma q; testis erit.
Gamma crucem cornu, triplici Tau sine mi-
natur,

Pi talem, in quam vel nunc licet ire tibi,
At Xi dat gabalū, qui, si pendere lubido est,
Ecce decussato tramite pandit iter.

C 6

Y. G.

Ypsilon annectet, modo tu caput. Omicron (b) addas.

Ei quoque jam scalam, tu modo scade, dabit.
(b) u & o si jungas, fiet & quo allusum.

Sed subsiste, tibi quod Theta rotatilis antè,
Frangere latronem ceu decet, ossa terat.
Atque ecce egreditur phylaca, quam fornice
adumbrat

Omega, se dignum scilicet hospitium!
Arripe tortor, & è medio scelus ocibus illuc
Aufer, ubi erexit carnificina crucem.

LXXXV. IN MAGISTERIUM

GEORGII ZORNII

J. U. C.

Foràs, foràs lumbrice, qui dies totos
Totasque noctes sub sophon lateas libris,
Et hac struice codicariâ septus
Nunquamvé prodis, nusquamvé compares,
Erepe tandem, pulle tu Camenarum
Dicesque, Zorni, totus ut Stagirita

Sophieque

Sophiæq; circus absolutus, edoctæ
 Fronti tiaram conferant magistralem.
 Quod si, vadum qui nunc Elystrium propter
 Themidis frequētas, privus hoc ad exemplum
 Latebis olim, quando iuris ac legum
 Fueris salebras & salicta permensus;
 Nullus mehercle, nullus (ambias quamvis)
 Potentiorum exambies clientelas.
 Vel ecce dives ille iuris ac nummum
 Quassando chlamydem facere cesset undan-
 tem,
 Nec sic foris incedat amplius, ansatus,
 Minusq; sufflet, conscreetur, ac sputet:
 Heu misera quantum bulga sentiet frigus!
 Quin te ergo profer, ac per hasce stricturas
 Assuesce luci. Qui daphnen magistralem
 Nunc tollis, idem lauream feres olim
 Divæ librantis. En tibi meam dextram,
 Spondentis, inquam: qui quidem scio nostræ
 Consus quid auri nuper insusurrarit.

LXXXVI. AD EUNDEM & PE-
TRUM RITTERUM.

MEn' ergo tanquam venerim Bibesiam,
A te, Georgi, teq; Petre, tot cadis
Zytho repletis excipi, tot cymbijs?
Vel hercle tantis vitreis epistolis,
Quae porrigantur & replentur indidem,
Si fors an usus omnibus lectis foret,
Hic sol abiret; atq; ruspanti modò.
Quin ecce cum me iam fretum cunctum benè
Enasse rebar, insuper patorio
Elephante frangor, tam capaci, ut nil suprà.
Quid hoc, bibones? istud hercle sat parùm.
Cur, quod bibissem, non Anancéo datum?
Bono ergò iure pro tuâ, Zorni, tibi,
Tuâq; Petre, comitate huiusmodi
Hoc imprecor, ratumq; sit votum precor,
Ut, alterutrum quando cumq; vel sitis,
Vel & cupido combibendi percipit,
Ei subinde tantus usq; suppetat
Cadus repletus Torgicâ servisiâ.
Quantus dabatur maximus poto mihi.

AD

LXXXVII. AD NOBILISSIMUM
 Georgium Remum Patrit. August.
 In nuptiis Christoph. Hoes-
 lichij Altorfium adven-
 turum.

Invehere, invehere Aoniam gratissimas
 urbem,
 O Reme, Hoeslichio maxima pompa
 tuo.

Nā velut, antiquum rostrata ciconia nidum
 Quando peregrino visit ab orbe redux,
 Gaudet ovans populus, simul indigit atq; vo-
 lantem,

Semper & hæc veris signa recentis habet:
 Sic quoq; quisq;, tui dum spes jam facta vi-
 dendi est,

Frigore sub medio tempora veris agit.
 Ipse polo piscis squamas mutatus aquosas
 Induit Octipedis brachia sicca Nepe.
 Te sibi gratatur comitem cū Noride nymphā
 Sponsus, & admisso forte ferocit equo.

Rone

Pone badissantem fodit Asturcona Juventus,
 Et præ letitiâ quadrupedante fremit.
 At quid Palladiæ memorē nova júbila pubis?
 Invehere: ipsa sonant pulpita; Remus a-
 deſt.

LXXXVIII. PERPETUUM.

SEcula Perpetui, nullus quæ calculus æ-
 quat,
 Usq; licet numeres, non tamen enumeres.
 Perpetuum exsuperat mille omnia, & omnia
 centum,

Hocq; nec innumeros egeris in numeros.
 Principium sine principio, sine fineq; finis,
 Hoc solo numera Perpetuum numero.

LXXXIX. BIANI DIVITIÆ.

SI vis beatus esse, sic vivas licet
 Ut nil sit omnium & tamen sint omnia:
 Nihil super sit usq; desiat nihil.
 Nil esto reliqui, nil & esto deliqui.

XC. TRES RELIGIONES.

IN Cœlo est Bezæ salvator; ubiq; Lutheri:
 Papa ait, Hic hîc est, parvaq; capsula capit.

Hinc

Hinc si Beza Sacramentista, Lutherus Ubique-
tista; pater Pappas dici Ibitista potest.

XCI. INOBLIQUUM.

Oblique (namquis rectus hunc rectum
vocet

Qui postilenâ fulcit obliquum caput?)

OBLIQUE: vel vis nuncupari veriùs?

OBLITE rerum propriarum, quid vias

Metire nostras? heus Magister OBLITE,

Quid carpis istas ambulatiunculas,

Quas nemo Phœbum, nemo qui Musas colit

Nec quem vel ipse Phœbus aut Musæ colunt,

Nec alma Charitum spreverit consortio?

Num reris, affectare nos tuas vias,

Vias nec ad coelum sed ad scelus decus?

O absit, absit istud à nobis nefas,

O istud averruncet à nobis nefas

Phœbus pater Novensilesq; virgines:

At virgines amatis. Oh sacrum caput

Te Vejovis tuasq; perdat virgines

Haut virgines, sed prosedas, sed pellices,

Quæ rursus haut prorsus cadunt, quando ca-
dunt,

Uno

Uno cuius nummulo mercabiles !
 Nos haste fastidimus, atq; virgines
 Musas amamus, à rudi puertia
 Nobis amatas, usq; amandas ad necem.
 Nos ergo mitte, & res tibi tuas habe,
 Abiq; rectà hinc in dierectum procul,
 Te non ut **OBLIQUUM**, sed ut **RECTUM**
 vocem.

XCII. IN NUPTIAS

M. JOH. KÜHN, & Mariæ Cam-
 merlings

Dum nuptum tibi Nympha datur, quæ
 castior illa est,
 Ex cerebro perhibent quam salüsse Jovis:
 Hæc tibi tædas felices comprecor absens,
 Has & felices comprecor esse Tuæ.
 Pignora lecta tori capias; hoc comprecor ab-
 sens,
 Sit conjux pia, sit blanda, fidelis; & hoc.
 Adsit Pax, adsit Concordia; comprecor ab-
 sens.
 Utriusq; Fides pectora nectat; & hoc.

Strin-

Stringat Amor, sed & arctet Hymen; hoc
comprecor absens,

Ipsa suum faciat Cypria munus; & hoc.
Summa; Deus vobis benedicat; comprecor ab-
sens:

Faxit & ut fiant haec mea vota rata,
Quae rata si fiant, uti nunc ego comprecor ab-
sens;

Ecquidnam praesens comprecor ulterius?
XCIII. AD JOH. LINCKIUM
Noriberg. de Rei Vindicatione
disputantem.

Fortè Palaecomes cum te vidisset in urbe,
Lincki, flos Charitum, prime Themis-
tos honos,

Plurima rursari solerte volumina dextrâ,
Assiduum Nomicis accubuumq; libris;
Alma Themis miratur, & Hiccinè Linckius?
inquit.

At quis huic levè cedere dicat opus?
Utq; fores alias post deinde profectus Athenas,
Huc ubi Thespiadas servat Jena Deas,

Quâ

Quà meliora fluunt salaidos Hipporrenes
 Flumina, Gorgonei quàm fluit humor equi;
 Facturusq; tui iam certa pericla laboris
 Esses, in propria vindice jure rei:
 Adstitit hæc eadem, & cernens dexterrima
 cuncta,

Prætèr, adhuc levum quod tibi nomē erat:
 Nomen, hoc aufer, ait: fueris mihi Linckius.
 at post,

Quod dextre tractas omnia, Dexter eris.

XCIV. COMPARATIO
 undæ cum Fortunâ.

Qui vos germanas consanguineasq; sorores,
 res,

Te, Fortuna rapax, dicat, & unda trahax;
 Hic vestrū satis ingenium pernōrit oportet,
 Quàm sit utrūq; rapax, quàm sit utrumq;
 trahax,

Nec videat cujuscuq; rapiatvé trahatvé,
 Dummodò quod rapiat sit sibi, quodq; trahat.
 hat.

Sic

*Sic accrevit ager Phidio, decrevit Alaudæ,
Cum probus hic vir sit, sed scelus ille viri.*

XCV. IN QUENDAM.

Nescio quod nothus es: matrem subiisse
lupanar,

Hoc scio; sed subit quod tamē antè pater.

XCVI. HYPORCHEMA ELEGIA-
cum, ad poëtam bibaquam.

Aqua tibi bibitur, ubi metra tenuia cre-
pas.

Agè cupis ebore canere? bibe merum.

Bromius ubi pater ovat & hederigera cohors,

Ibi quoq; melica meliùs Hera sonat.

XCVII. IN ALBUM MEUM.

Donaturus in hanc si quis sua nomina
chartam est,

Audiat hæc: Album dicor, & alba volo.

Simplicitas, ac purus amor, nec fallere doctus,

Hic habet, hic socijs gaudet uterq; sacris.

Exul eat sublesta fides, & sacchar amantum

Blanditiæ, quarum nunc stat opima seges.

Nec

Nec placent mores, nostrum quibus vivitur
avum:

Nec mihi tam varius Juppiter ipse placet.
Ab pereat, quicumq; nigri est aequiq; coloris,
Qualis adhuc tecum, Phryx Caramite, solet.
Nec tamen alba mihi vel qualiacumq; pro-
bantur,

Sapè sub albenti cortice nigra latent,
Quis putet? in niveum quoq; nunc transitur
alorem,

Mentitumq; timet plurima Læda cygnum.
Dumq; patet niveus simulato vellere taurus,
Transfretat Europe remige vecta bove.
O ultrò tales! procul ô, procul omnicolo-
res

Ite Joves! dicam veriùs? ite boves!
Nil mihi vobiscum est: vos scala Gemonia
tangat,

Vos tandem fidei vindicet ipse Deus.
At cui fida manus, cui mens est criminis ex-
fors,

Cujus in exserto pectore lingua sita est;
Quis-

Quisquis eris, si salus eris, tua nomina tra-
de,

Cumq; tuo pariter nomine trade manum.

XCVIII. EVA, CHRISTUS.

Est Eva facta caro de carne prioris Ada-
mi.

Christus de Maria fit quoque carne caro.
Pura caro non pura fit hinc: carnem caro factus
Etus

Purificat Christus, quam lutulavit Eva.

XCIX. CHRISTIANUS, PONTIFICIUS.

Quos agit ætherius divina spiritus au-
ra,

Clamant ex adyto pectoris, Abba pa-
ter. (a)

At qui Pontificum Drec. et a nefanda sequun-
tur,

Hi flexo clamant poplite, Papa pater.

(a) Ad Rom. 8.)

AD

C. AD MEUM LUCAM.

Dic mihi de nostro quæ sentis vera libello
 Mi Luca, O Magnum, nec breve,
 dicis, opus!

Est, fateor: sed quid? si dixero te quoq; Ma-
 gnum?

Nil igitur prohibet, quin quoq; magna le-
 gas.

Quod precium? drachma est. Magnum &
 mirabile. credo:

Sed quid? quod semper tu quoq; mirus
 homo es?

FINIS.

EPIGRAMMATUM



JOHANNIS STEUCCI
Leucopetræi
P. L.

ELEGIARUM
DECURIA.

JENÆ
Typis Johannis VVeidneri,

ANNO 1620.



*Amplissimis, Consultissimis,
Prudentissimiq; Viris*

Dnn. Coss. cunctoque
adeò Senatui Reipubl. Naum-
burgensis,

Dominis & fautoribus suis pl colendis,
ELEGIDIA HÆC SUA

D. D. D.

Johannes Steuccius.

Sunt Elegi dulces, & sunt Epigrammata
nobis,

Utraq; condignis quero sacrare viris.


*Et quia iam varijs Epigrammata lusa Lycais
Salancæ dedimus; Vos Elegia manet.*

*O ita magna, Patres, ad vos, uti debita, ser-
rem!*

Spes foret, ut cumulo solverer aris ego.

*Nunc mihi nil superest, nisi quod fuit antea
vestrum;*

*Hi putà, quos vestrâ junximus urbe, pedes.
Accipite, & gratã levidēs in munere mētem
Noscite: si vivam, mox graviora dabo.*



ELEGIARUM

JOHANNIS STEUCCI
Decuria.

ELEGIA I.

Ad Reverendum & Nobiliss. Vi-
rum HEINRICUM à GLEISSEN-
THAL, Serenissimæ Domus Electoralis
Consiliarium, & Cathed. Eccl.
Martisburg. Præpositum,
Naumburg. Deca-
num.

COr micat, ac studiis ingentibus æstuat in-
Pectora, nec sese scit cohibere loco. (tra-
Certat ovans alterna manus oriq; facultas,
Utraq; per laudes velificare tuas.
Inclite Vir, tibi cuncta volunt operata videri,
Cuncta parant nomē ferre sub astra tuum.
Sed tamē unde tuæ capiā primordia laudis?
Æstuo quid vē prius, quid vē deinde canam.
Tenē domo, ac longā dicam clarere propage,
Aq; ab originibus ducere nomen avi?

D 2

AN

An quod ab ungriculis puerū te Musa tenet his
 Cœperit, & factum pergat amare senem?
 Scilicet hæc tãto tũc te complexa favore est,
 Ut nunquam lateri vellet abesse tuo.
 Sæpè suum genitrix dum quæreret inscia
 natum,

Sustulerat proprio te Dea blanda sinu:
 Sustulerat bifidi super edita Culmina Pindi:
 Culmina plebeis non adzunda viris,
 Hic modo parva suas indulsit in ora papillas,
 Et modò sedavit virgine pulte famem.
 Et modò cum lusus faceret, cunasq; moveret,
 Somniferum Clariã finxit ab arte melos.
 Quid? quod Trinacriã non una volucris ab
 Hyblã

Creditur in labijs mellificasse tuis?
 Ipse quidem nescis, sed quæ mihi rettulit ista,
 Nunquam non Clio dicere vera solet,
 Hinc tibi vel puero cum jam lallare solebas,
 Pre reliquis lingue gratia tanta tuæ.
 Semper & ingenij vegetū præluxit acumen,
 Comparibusq; tuis prævia lampas eras.

At cum iusta viris te jam transcripserat aetas,
 Quanta Pericleo fulmina ab ore tonas!
 Quanta (papa!) rerum prudentia venit ab
 annis!

Ingenij currunt flumina quanta tui!
 Propterea te Saxonici Septemvir in oris
 Consilij voluit participare sui.
 Pulcraque Prepositum domine statuere Ca-
 thedrae

Moenia, queis arte Mars habet ipse suam.
 Jam quid cantatrix laudum Neopyrga tuarum
 Munia cuius item summa Decanus o'is
 Hec, vobis absente, mero mœrore laborat:
 Hec, redeunte, bonos sumit habere dies
 Ipse velim videas vitulantiæ júbila plebis,
 Que facit in tacito letificata sinu.
 Sed quò Musa procax? quin protinus attrahes
 lora.

Non hæc sunt biugis arva terenda rotæ.
 At vos, ô Atropos, fatalia rumpere fila
 Parcite, nec dure sic in hocce caput.

Illic clarorum sunt millia multa virorum:
 Sit super in nostris unicus iste locus,
 Nunc Musis opus est tutoribus atq; Patronis.
 Hic vivat nobis vir, & utrosq; dabit.

ELEG. II.

DE CASPARO PAUPITIO,
 cum Naumburgum Jenâ reversus
 in febrim incidisset.

Depositumne tuum sic perfida Jena re-
 mittis?

Ab meus inde redit sic mihi Paupitius?
 En vix in patriâ reducẽ febris ardidã torret,
 Et caput infestat, per scapulasq; terit.

At Genitrice modò benè sospes abibat ab urbe,
 Cum sic exciperes, hospes an hostis eras?

O hostis certè, quæ nos tam candida turbas
 Pectora, nec solida parcis amicitia,

Nec fidei parcis, quam Sancus sanxerat ipse,
 Quamq; suo Fidius fecerat ore ratam?

Quidquid es, o nimum crudelis & invida!
 quæ sic

In me sevitiæ das documenta tuæ.

Non.

Nōne satis fuerat, nuper quod fratre perire,
 Quo mihi nec toto charior orbe fuit,
 Omnia de mœsta mihi gaudia mēte fugasti:
 Insuper adijceres ni quoq; Paupitium?
 Quod si me solum violenta tributa reposcis,
 Quin comes ambobus tertius ipse petor?
 Tantum ne toties & tot mea funera cernam,
 Atq; inivae totidem membra sepulta meo.
 Paupitij in primis ne funera tristia cernam.
 Si quid in hunc audes, & mihi Parca veni.
 Scilicet ut tanto valeam superesse dolori,
 Si nunc oppeteret portio tanta mei?
 O simul oppeterem, cum charo charus amico.
 Vivere stat vivo, stat moriente mori.
 Et jam vita vale, valeant commercia lucis:
 Nil vestri reliquum est, Nos Libitina vo-
 cat. (uno:
 Jam morimur, tumulo jam corpora jūgimur
 Mors quoq; nunc jūgat, quos bene junxit
 amor. (amator,
 Hinc aliquis tumulum spectās, dum transit,
 Huic quoq; dicet, amor causa perire fuit:
 D 4 Effun-

Effundetq; simul cum puro Carmina lacte,
 Et moestus cineri iusta suprema dabit.
 Cetera quae restat, & quae non mortis habetur,
 In Rhadamantheos Cypria ducet agros.
 Hic quoq; Paupitio semper comes ibo, ferarq;
 Per campos dulci contiguus lateri.
 Convenient Umbrae passim, parq; istud aman-
 tum

Deducent iuncta sub sua tecta manu.
 Tum mihi constantis narrabit pectora Thesei,
 Et sua pro Theseo funera Pirithous.
 Laudabit Pyladen furis agitated Orestes,
 Quam non ardentes fugerit ille faces.
 Nec minus Hyrtacides referet sua vulnera
 Nisus,

Qua quodam Euryalo pro moriente tulit.
 His itidem nostros & nos referemus amores,
 Quis ego Paupitio iunctus, & ille mihi,
 Usq; adeo ut functum quoq; sim iam luce sodalem
 Ausus in Elysium per vada nigra sequi.
 Audiet, ac nostros pariter componet amores.
 Aecus, ac primo ponet utrumq; loco,

Prae-

Præferet & reliquis, licet & cōstater amarint.

Hoc pietas nobis, hoc dabit alma fides.

O quid fata moras? nūc mortuū oportuit esse.

Non mea Parca venis? o mea Parca veni!

ELEG. III.

IN DISCESSUM EJUSDEM

Disceat mea Vita: mea discedite Musæ,
Tuq; Amor Undigenā cum genitrice
vale. (ter,

Segregor à vobis, qui nunc ego demigrat. al-

Ah secum sibi me, vos mihi meq; rapit.

O mihi perpetuum pullo damnanda lapillo,

Millibus o nigrior noctibus una dies!

Una dies, lux una, mihi lucemq; diemq;

Quiq; magis charus luce dieq; rapit.

Hæc stata sit lachrymis, lacrymato rore ma-
descet,

Hæc quoties croceo lucifer exit equo.

Hæc quæcūq; meæ lustrabunt compita plāta,

Protinus effleto tincta liquore fluent.

Hæc mecum lacrymis, Musæ, meæ turba, rigate,

Hæc semper lacrymis allacrymate meis.

D S.

Tuq;

Tuq; ferox alias adiantum spernere lymphas,
 Hacce die lacrymis disce maderere comam.
 Quae mihi nunc & semper erunt epulae, dapesq;
 Quas monimenta tui mnemosynonq; bibam.
 Mutua tu quoq; fac plusquam pars altera no-
 Caspar, & officij commoneare tui. (stri
 Parce sodalitij quae iam venit anxia nostri
 Pausa simul solidam claudat amicitiam.
 Desino. pluram dolor vetat hescere plurimus, &
 que

Deficit in mancos absona lingua sonos.
 Lumina deciduis lagvent stagnantia guttis,
 Facta q; sunt lacrymis janua panda meis:
 Ipsaq; vocales non aurigatur habenas
 Ultra, mceroris Musa madusa mero.
 Et jam tepus adest valedicere; porta propino
 Nescio mi rarsus quando vide de vale. (quat.

ELEG. IV.

INNUPTIAS JOH. Hennen/
 & MARIE Kamms.

Nox erat, in pingvi cum scalpure fimeto
 Fortē videre duas ipse videbar aves.
 Altera

Altera gallina similis fuit, altera gallo:

Par avium, sed non unius ante fimi.

Qua dum sic scalpunt, alter putà masculus
ales

Est visus cristas deposuisse suas.

Donec paulatim calcaria perdidit ipsa,

Et de foemineo paruit esse secu.

Sed gallina professa marem cucurijt altè,

Compressaq; pari dulce peregit opus.

Somnus abit, surgo: pulsatur janua, pando:

Mox fuit à veteri dicta sodale salus,

Cui nomē Gallina dedit; tam candidus olim,

Ut cui cum niveo vellere cedat hyems.

Nūcius, Hūc, inquit, cesto Juga Juno ligavit,

Sponsaq; si nescis, Cammia nomen habet.

Cammia? Vah! inquam, quid non in somnia
possunt?

Cammia per cristas hercle notata mihi est.

Et propè gallinam Spōsum, sociumq; finetum

Cōjurem socios significasse lares. (mur?

Et cessamus adhuc? & adhuc piā vota mora-

l mea, Conjugibus, Ausa, preare novis.

Felices dic esse velint, & cudere multa
 Pignora, dic fausto vivere Coniugio.
 Fac tamen occulte spōso mea somnia narres;
 Mutata fuerint quān citō cortis aves.
 Scilicet ut somno veteris moneatur amici,
 Ne se gallinam, sed putet esse virum.
 Deinde mone, Sponsæ dejectas sumere cristas,
 Et dic Par; facias cum pare lucis ave.
 Lucis avis primūm quærit sibi pingve fimeū,
 Possit ubi prolem pascere: tu fac idem.
 Lucis avis cantu volucres prævertitur omnes:
 Cantor es; ut surgat foemina, tu fac idem.
 Lucis avis totam foecundo semine gentem
 Implet: habes spōsam; suadeo, tu fac idem.
 Namq; ova ut pariunt nō excludentia pullos
 Gallinæ, gallis cum caruere suis;
 Sic tua nil poterit, nisi te gravidata marito.
 Si vis uxori parcere, prole cares

ELEG. V.

In nuptias V. CL. PETRI CRUSII
 Medicinæ Doctoris cum Elisabe-
 thâ Tüntzeliana.

Est Dea, quæ retrici primis in faucibus
Orci

Rēgnat, ad humanas ingeniosa cruces.

Febru nomē habet, Furiarū quarta sororum.

Infelix si quem tam mala Diva tenet!

Est & qui rutilo Deus aurigatur Olympo,

Et sua conjugibus condit in ossa faces:

Illi nomen Amor, tædis hominumq; Deūmq;

Deditus. o felix, cui Deus iste favet!

Sponse, tibi favet iste Deus: me febris adurit.

Heu quam disparili conditione sumus!

Infelix ego; tu felix: me querquerus horror

Concutit; at socius te coquit ille calor.

Heu quam sæpè paroxysmos febris execror: at

quis

Sponse, paroxysmos nollet habere tuos?

Nulla mihi requies, dū febrío; quin requiescas

Tu tamen interdum, sponsa nec ipsa vetat.

Opto ego multoties, tādē Quartana faceffat:

Stultum sit contrà, velle faceffat Amor.

Est & febris amor: sed n. mea febris in Orco est,

Vestra poli sedem febris olympon habet.

Atquē

At qui pone tamen, ut & hac tua febris in Orco:
 Ecquis in hoc Orco nollet habere locum?
 Sic locus ergo tuus, cuius possessio cedat
 Nescia turbantum, tuta, quieta, tibi.
 Inq̄, dies animas Acherōte quot accipit Orcus,
 Tot tua concipiat, te patre, nupta precor.
 Hec ego pro vobis facio iam vota maritis.
 Fors vota & pro me quis febriente facit.

ELEG. VI.
 IN OBITUM JOHANNIS
 POLROSI Naumburgensis.

Hunc etiam juvenem rapuit mors invidi-
 da. Muse
 Plangite, nec lacrymas dia Themista tene.
 Scilicet hic vigiles dū triverat usq̄ lucernas,
 Turgida collegit flamina dirus hydrops:
 Flamina, perpetuo quæ per distenta repulsu
 Membra tonant, veluti tympana tenta to-
 nant.
 At miser auxiliū querens, patriaq̄ profectus
 Potatum fontes auxiliantis aquæ,
 Æger

Eger egra venit. Claras, dulcissime, lymphas
Ab melius peteres, & medicina forent.

Sed nimis hoc serum est: meus, heu meus occi-
dit! immo

Occidit (dicam verius) Egra nocens.

Egra domus mortis, seu vis Morbonia dicam,

Per me Polrosia mortis agere rea.

Novimus, & constat, quo gurgite, quo phle-
gethonte

Misce indigenas, improba, Najadas.

Et quisquã talem perat ex hoc fonte salutẽ?

Et quisquam tales poterit adhuc latices?

O fugite hinc juvenes, queis cernere tela diei

Longius, & cura est hinc superesse diu.

Qui vitæ satur est, is demum cogitet Egram,

Et nece venales hauriat Acidulas.

Provenit ex nullo mors lurida certior Orco,

Tutius & stygie trañciuntur aquæ.

Orpheo & Æneæ fuerat descensus Averni

Tutus ad Anchisen, tutus ad Eurydicen.

Hæc iter instituant: ibunt, sed forte redibit

Neuter ab Anchise, neuter ab Eurydice.

ELEG.

ELEG. VII.

AD DEUM OPT. MAX.

cū in febrim recideret.

Qualiter ad liquidi moriturus stagnæ
Caystri

Concinit ipse suæ præfica mortis olor:
Sic ego, febrili modò cum torrerer ahenò,
Carmina defect à jam propè voce dabam.
Scilicet, heu mēdax! quæ nō tunc vota paravi
Si modò difficili febre levarer ego?
Præcipue tibi, summe Deus, me Sostra datu-
rum,

Carmina pro modici viribus ingenij.
Carmina, quæ summas tibi dicant, optime,
laudes,

Quod mihi sis diâ suppetiatus ope, (ipso
Quod febrim medicus, per te quod pulsus in
Sive calore rigor, sive rigore calor.

Audiit omnipotens, & pro bonitate supremi
Est vigor in venis est medicina data.

Sed quid ego? pudet heu! nec tollere lumina
Polliciti māsī debitor atq; reus. (tētem!

Car.

Carminis oblitus, vix veras pectore laudes
 Concepti; & dicam, cardiognosta, dedi?
 Aut si forte dedi, dicis ergo, haut pectore, fa-
 ctum est.

Psittacus ut fermè reddere verba solet.
 Ergò novos meritò jam sentio splene dolores,
 Inq, mesenterio per scapulasq, teror.
 Heu mihi, quam capiti dolet, & calor aestuat
 intus.

Vorsuram vereor ceperit agra febris.
 Lægevo, sed culpâ; cū nō (velut impius, excors)
 Promissis steterim, polluerimq, fidem.
 Sed miserere Deus miserator, & erige lapsam,
 Criminaq, à vultu porrice nostra tuo.
 Sis memor, esse hominem qui labi & surgere
 possit.

Surgam, si dextrâ surrigar ipse tuâ.
 Surrigar, & plenas tunc sandam carmine
 grates,
 Et tunc per laudes velificabo tuas.

ELEG.

ELEG. VIII.

IN OBITUM CASPARI PAU-
PITII, juvenis undiquaque
doctissimi.

Omni nunc geminae scateant in fronte
lacune,

Dum fera paupitij lugeo fata mei:

Heu ego cur oculi nimum mortalibus uter,

Ipsa nec in lacrymas omnis abire queo!

Tantalis aeterno dulces in marmore natos

Deslet, & in Sipylo funera moesta sedet.

Heu! Phæthontides plorant electra sorores:

Solus in exemplum Steuccius ire veter!

Non ita, quin lacrymae, vos concita flumina
frontis,

Currite: sufficiet cura dolorq; lacum.

Sin minus; hi vobis etiam debentur ocelli,

Quos ego dilectis destino funeribus.

Me siquidem non unus amor, non una delendi

Causa trahit; variū pectora calcar habet:

Para fides, niveo penetrabile pectus amori,

Tum pietas, animi candor, & alter-ego.

Que.

Queritis exemplum quisquam constantis a-
moris?

Steuccius exemplum Paupitiusq; sumus.

Ledaos certe pot eramus vincere fratres,

Quisquis & Aegides Euryalusq; fuit. (tu.)

Currite vos lacrymae, vos concita flumina frō-

Currite: delitium mors habet atra meum.

Scilicet exosi feces atq; agmina vulgi,

Bruta cui sapido pro jale vita data est,

A pueris simul ad doctas contendimus undas,

Et Clarii socias hausimus amnis aquas.

Cumq; pares, in amore pari, conscripsimus
ignes,

Ut mihi, Paupitio sic proba vita fuit.

Si quid amo (ajebat) solum debetur amicis:

Detinuit sensus nulla puella meos.

Et pol si qua mea est, tu tu mea Cordula

Steuccies, (es.

Tu mihi nunc, si qua est, Cordula, cordolio

Currite vos lacrymae, vos concita flumina
frontis,

Currite: Paupitius perdidit esse meus.

Hem

Heu mihi! jam lepidus poteramus jungere
Musis

Et Themin, & duplicis Corpora bina Dices.

Jam poteram tecum dubias evolvere leges,

Et tecum Ausonij carpere iuru iter.

Cū miser ecce jaces, primā subsectus in herbā

Mersaq; sunt stygiis fervida vota vadis,

Ferrea mors, o jus violentū, ac triste Necesse,

Tam subitā juvenem qua sicilice metis!

Vosq; negatrices netrices, iriga sororum,

Heu nimis immiti stamina netis acu!

Currite vos lacrymæ, vos cōcita flumina frō-

Currite quippe Dices & mea cura fuit. (tis

At tu noster amor, Caspar, Sirenia Pithe,

Vates Hybleis dulcior ipse favis.

Tu mihi jam felix superāq; in sede receptus

Perpetuūm salve, perpetuumq; vale.

Molliter ossa cubēt, sociā dū jungar in urnā.

Vivo junctus eram, fas sit & ossa sequi.

Quidquid erit, breve erit: nec enim, dulcissimo
me rerum,

Longius exuviis culper abesse tuis.

Intee

Interà, tristes lacrymæ, quin curritis? ultrà
 Currite: sin istis destituemur aquis,
 Ipsi vos oculi, vos frontis currite fontes,
 Immodò jam fontis currite frontis aquæ.

ELEG. IX.

IN AMICAM, cùm alteri nuberet.

Hoc est, quod patiens toties sum dictus
 amator.

Quam perij demens hæc enus, alter habet.
 Alterius nunc facta, mihi dedit illa repulsam.
 Scilicet hoc possunt nostra ministeria?
 Scilicet: ac (risu dignum) mea maxima cul-
 pa est.

Abstini nimium, difficilèq; fui. (rem,
 Quod nimis abstini, lasciva reliquit aman-
 Cùm foret impatiens sola cubare diu.
 Tasaq; nocturnæ requietis, perfida nubet.
 Neu maneat virgo, facta marita viri est.
 Abstini nimium, fateor, nimiumq; pepercì.
 Nec satis ad numerum basia longa dedi.
 Basia quæ petijt, saltem si cuncta dedissem,
 Forsitan in ventos iret & iste dolor.

Heu

Heu mihi cum vellet collo dare brachia cir-
cum,

Labraq; cum labris jungere, lentus erans.

Heu furvis incensus ago! me sepe poposcit

Oscula, sepe meas in sua colla manus:

Nec volui tamē. Et toties cum paucula temsi,

Quò simul auferrem plurima, neutra tuli.

Quod si in vulgus abit, fuero prob quanta per
orbem

Fabula! me saxis obvia turba petet.

Aut si non saxis petet; at suspendet ad uncā

Nare, vel infamem porriget ungviculum.

Scilicet ut pulcrum est digito monstrarier:

eheu

Præveniat fatum talia probra meum!

Nunc gravis in cunctas mihi cura fit auctior

horas,

Nec me quid faciã sat scio, nec quid agam.

Quamvis quid faciam? si fors venit altera

nobis,

Tam stolidè stultus non ero, cautus ero.

ELEG.

ELEG. X.
 IN EJUSDEM AMICÆ
 discessum.

Sic igitur sancti iunctos frustraverit ignes?
 Sic impune suam laferit illa fidem?
 Sic eat? & me iam penitus perjura relinquat?
 Aut alio flammam vertat iniqua suam?
 O utinam, quoties tentat conscendere cur-
 rum,
 Retrahat offensum Vejovis ira pedem:
 Subdola fatalis titubet vestigia manus!
 Impediat cœptam rheda cadiva viam:
 Auster inexhausto timidam proterreat im-
 bre:
 Omen & à levâ lugubre reddat avis!
 Phœbe pater, si qua vatum tibi pectora curæ,
 Si meritò vatum crederis esse pater:
 Conde tuos vultus, tenebrasq; fac ante tenè-
 bras
 Involvant medium nubila densi diem.

Tuq;

96 Elegiarum Johannis Steucci.

Tuq; soror Jovis & Conjux, Saturnia Juno,
Hac agedum vires exsere luce tuas.
Ignea commisti immitte tonitrua flammis
Desuper: hoc tantum luceat igne dies.
Fallimur? an cedit defectus lumine Titan?
Cedit, & umbrosa nocte nigrescit humus.
Undiq; caelestes tonitrus sonuere fragores,
Undiq; limosos Auster inundat agros.


F I N I S.


ERRATA.


In dedic. Epigr. v. 6. lege plectrū. Epigr.
16. v. 6. Charites. Epigr. 18. v. 1. vocare pro vo-
rare. Epigr. 28. v. 6. Sem-Doctorum. Epigr.
30. v. 2. At pro Ad. & v. 8. te pro de. item ad
lit. A. ne pro en. Epigr. 32. v. 1. Oeconomum.
Epigr. 42. v. 7. obstetricante. Epigr. 48. v. 1. Ad
pro At. Epigr. 65. v. 11. atas. Epigr. 71. v. 3. ju-
ventas. Epigr. 80. v. 1. Mirabar. Epigr. 84. v. 1.
annectet. Epigr. 91. v. 11. pro decus lege duces.
Epigr. 93. v. 9. Hippocrenes.

9
s
8
r.
o.
r.
ad
m.
Ad
u.
.I.
es.









~~Ad. 1757~~

1757 la

ULB Halle

3


005 125 944





V077

me.









Inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black



3807

INIS STEUCCI
Leucopetræi
P. L.

AMMATUM
ENTURIA
&
EGIARUM
ECURIA.

JENÆ
Johannis Veidneri,

Anno 1620.

